Fragmentarium

Soror autem parua [...] ubera non habet. quando
in ſolis apoſtolis eccleſia erat. in quibus ſe ipſa uel
alios nutrire lacte predicationis non poterat. 119
Quid petrus alios predicaret. cum ſe ipſum diſcipulum
xpi in unius ancille uoce deteſtando et iurando
negaret. Parua ergo eccleſia ubera non habe-
bat. quia poſt reſurrectionem in una domo inclu
ſa inter perſecutores ſuos. non dico predicare
ſed et uideri timebat. Conſequenter ergo dicitur.
Quid faciemus ſorori noſtre in die quando alloquen
da eſt. Adlocutus eſt xpc ſororem ſuam. quando
ſuper apoſtolos ſpiritum ſanctum miſit. et eos in ui
rtutibus loquens. illos omnes mundi loquelas
multiplici diſtributione docuit. Sed a quibus
hoc querere intellegendus eſt qui omnia nouit.
niſi a ſanctis patribus antiquis quos ad querendum
dum ſpiritu ſancto inſtigauit. Quibus eodem
ſpiritu. quo in queſtionem eos induxit. reſpondet
protinus conuenienter et dicit. Si murus eſt
edificemus ſuper eum propugnacula argentea.
Dato ſpiritu ſancto murus ſancte eccleſie efficitur.
quia que prius timida erat. inſtruente
eodem omnipotente ſpiritu ad reſiſtendum
aduerſariis impenetrabiliter roboratur. Quod
manifeſtat idem petrus ſub ancilla timidus.
mox contra principes rigidus. quibus dicebat.
Obedire oportet deo magis quam hominibus. Et ceteri.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_253_f119r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5259)